tus eruditusque eſt Illuſtriſſimus Filius, iam & ipſe amplis honoribus, ac virtute, viſus; quem, olim concreditum fidei noſtrae, laeti plaudentesque, conſpicimus pleno greſſu, ad gentilitiae laudis magnitudinem, contendere. Jam vero inſcripta TIBI *Poemata noſtra, fauens propitiusque excipies, tantum profecto valitura apud peritos, quantum addixeris* TV, *cuius iudicio, in grauiſſimis quoque rebus, plurimum tribuitur. Ego ſane,* DOMINE EXCELLENTISSIME, *vehementer laetabor, ſi reuerentiam, erga* TE, *meam, obſequentiſſimumque animum, publico hoc monimento teſtatum fecerim.*